

cū discipulis ambulās in terra, & seipsum uiuū prebēs,  
p relictā in altari, insinuat eū iacere in sepulchro. & a  
discipulis in passione derelictū. Querit in quo loco  
inchoatur officium missæ, et si forte ad totum officium  
nō occurserit, ubi p̄sentare debeat in inicio missæ? Nos  
bis uidetur missam uocari ab eo loco, ubi incipit sacer  
dos sacrificiū deo offerre, usq; ad ultimā benedictionē  
qua clamante Leuita, dicit. Ite missa est.

Explicit liber primus.

LIBER SECUNDVS.  
DE OFFICIIS ET ORATIONIBVS CANO-  
NICARVM HORARVM. Ca. I.

Officium ergo missæ quod in superiori libro con-  
texuimus, maxima ex parte ad solum pertinet  
sacerdotem, cui sacrificanda data licentia est, et  
ueneranda mysteria consecrare. Sed quia istud p̄ sua  
reuerētia & dignitate primo loco positū est, de ceteris  
officijs diurnalium siue nocturnalium horarum, quibus  
certis spaciōrum terminis, preces et orationes genera-  
liter sine differētia uniuersē dño offerre decet ecclesie,  
consequēt exponamus. Oratio enim petitio dicitur,  
nam orare est petere, sicut exorare impetrare. Constat  
autem oratio loco et tempore. Loco, quoniā ubiq; et  
in publico siue in plateis, more phariseorum orare a  
Christo prohibentur, sed ubi oportunitas dederit, aut  
necessitas importauerit. Neq; enim huic illud apostoli  
contrarium est, quod dicit ad Timotheum scribens:  
Volo inquit uiros orare in omni loco, leuantes puras  
manus sine ira & discepatione, et reliqua. Et neq; illud  
psalmiste quod dicit, In omni loco dominationis eius:  
benedic anima mea dñm, sed hec ad interna respectat.

quidam fames deam orate  
egregiam uocem deum q  
hunc aperte, uia manus co  
item inagi, Imperio aut  
horas dominicas a pueris  
fumigantibus pro qualibet  
tempore. Nec nullus illud hā  
uerbi uocula des. Benedic  
temporis uocula, ut credulas  
etiam tempore, semper i  
habeas. Si de intermissione  
degerit, tunc dicat dominus ip  
cos uoculas. Sunt alii uoculas  
dilectionis. Supradictis uocul  
dam diligenter, ut illi for  
sism nos ad officium in m  
spiritus datus procul  
distram precepimus ei qu  
tunc solleufer incensum. I  
potest, ut uocula narratio en  
uenire. Enim. Seprie  
sita factio Daniel propheta  
intrauit ad degrediendum dom  
ini, episcopis mundis ad q  
uid pro populo linchebat.

EXALTVINA CELEBR

Ritualiter de matutinis  
Iustus ē dicit. Deu  
tiglo, cuius la matu

qui bus semper deum orare et benedicere oportet. Ille ergo in omni loco orat deū, qui per charitatis officia et bona opera, ubiqꝫ manus cordis mundas eleuare ad deum satagit. Tempore autem, quoniam canonicas horas ad orandum a patribus constitutas incessanter seruat ecclesia, quas quasi pro debito exorandi officio statutas, nullo modo negligere fas est, ut sunt. Prima, tertia, sexta, nona, uespera, et ceteræ que similiter obseruantur. Nec enim illud hāc constitutionē cōfundit, quod psalmista dicit. Benedic domīnū in omni tpe, semper laus eius in ore meo, et apostolus. Sine intermissione inquit orate, et reliqua. Benedicere enim dñs est in omni tempore, semper illum digna conuersatiōe laudare, & sine intermissione orare est, om̄ia in gloriā dei agere, sicut dicit idem apostolus. Siue enī manducatis siue bibitis, siue aliud quid facitis, om̄ia in gloriā dei facite. Supradictę enī hore ideo specialiter ad orandum discretę sunt, ut si forte aliqꝫ ope fuerimus detēti, ipsum nos ad officium tempus admoneat. Que tēpora in scripturis diuiniis pr̄estituta inueniunt̄. Nā in ueteri testamento pr̄ceptum est quotidiē, mane, et uespere domino adolere incensum. Et Dauid dicit. Vespere, mane, et meridiē, narrabo et annunciarō, & exaudiēt vocem meam. Et item. Septies in dīe laudem dixi tibi. Sed & sanctus Daniel ppheta, tercia, et sexta, et nona hora dīei ad deprecādum domīnū, ascendit in solariū suum, exp̄sis manibus ad celum, deum deprecatur pro se & pro populo Israhel.

## DE MATVTINA CELEBRATIONE. Ca. II.

Rimū ergo de matutinū atiq̄tate Dauid pph̄ta testatus ē dīces. Deus deus meus ad te de luce uigilo, et itē. In matutis meditabor i te, et itē.